



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

46. Vtitur Crucis signo, veluti scuticâ ad abigendum Dæmonem, volucris
specie obuolitantem, mentique turpia ingerentem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

VI.

AMATOR CRUCIFIXI

*utitur Crucis signo, velut scuticā, ad abi-
gendum Dæmonem, volucris specie ob-
volitantem, menti q̃ turpia
ingerentem.*

CVM initio suæ conuersionis S. Be- 46.
S. BENE-
DICTVS.
neditus oberraret solus in deser-
to, auicula, quam vulgò merulam di-
cunt, magnam illi importuno circa fa-
ciem eius volatu molestiam exhibuit:
sed CRUCIS SIGNO edito, non secus ac
si scuticam vibrasset, illum, qui auiculā
mentiebatur, abegit. Abcessit auicula:
tanta autem carnis tentatio suo cū hos-
piti sequuta est in Benedicto, quantam
antea nunquam senserat.

Quandam namque aliquando fœ- Tentatio
carnis.
minam viderat, quam malignus Spiritus
ante eius mentis oculos reduxit, tan-
toque igne Serui Dei animum in spe-
cie illius accendit, vt dum in eius pe-
ctore amoris flamma vim caperet, etiā
penè deserere cretum voluptate vi-
ctus deliberaret. Sed ecce subito CRV-
CIFIXI virtus enituit, qua compunctus Crucifixi
virtute
superatur.
corde, vt etiā pungeretur in carne, cru-
tus indumento, in spinarum se coniecit
aculeos, ibique diu volutatus toto ex

124 CHRISTVS CRVCIFIXVS

ijs corpore vulneratus exijt: ac sic per
cutis vulnera, eduxit e corpore vulneru
mentis.

S. Greg. lib. 2. Dialog. Surius XXI. Martyr
Baronius Not. Martyr. & Tom. VII.
Annal. Fasti Mariani.

VII.

AMATOR CRVCIFIXI

*Cacodamonem, in Angelum lucis trans-
formatum, noua metamorphosi, ad
antiquam speciem reducit*

Crucis signo.

47.
S. VIN-
CENTIUS
Ferrerius.

SI compareat Cacodæmon Religiosus
instar viri grauis, reditum suadentem
ad seculum: si adolescenti pio, casto
que, tanquam Nympha, inuitans ad for-
titudinem: si eremicolæ, velut Episco-
pus, mitram offerens, vel ostentans,
manus Antistitis extollens ad imita-
tionem, arripiat Amator CRVCIFIXI
CRUCEM, aut formet signum in aëre
videbit illicò nouam transformati-
onem Angelilucis in noctis vpopari
Exemplum accipe vnum ex electis.

B. VINCENTIUS, dictus Valentinus
aut Ferrerius, quia antiqua Forren-
rum familiâ Valentia in Hispaniâ
tus, primis statim annis documenta